



DISSERTA  
BOTANICA

A  
47  
415





BIBLIOTECA HISTÓRICA  
GRANADA


Sala: A  
Estante: 47  
Folio: 415

X2  
2 - 41

reales

A-58(043) HELL

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20



BIBLIOTECA HOSPITAL  
GRANADA


Sala: A  
Estante: 47  
Rúbrica: 415

X 2

2 - 41

20 reales

A-58(043) HELL



DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS  
DE  
**CARYOPHYLLIS  
AROMATICIS,**  
QUAM,  
VENIA EXP. FAC. MED. UPSAL.  
PRÆSIDE  
**CAROL. PET.  
THUNBERG,**

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,  
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD., ACAD. CÆSAR.  
NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDINENS. HOIMIENS. SCIENT. UPSAL.  
PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. LUNDENS. HARLEM. AMSTEID. ZELAND.  
NIDROSIENS. HATENS. NAT. SCRUT. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID.  
MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPeliENS. AGRICULT.  
PARIS. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.


PRO GRADU.  
PUBLICÉ VENTILANDAM OFFERT  
**HERMAN. RUD. HAST,**  
MEDIC. PROVINC. OSTROBOTHN.

IN AUDIT. GUST. MAJ. D. XII JUN. MDCCCLXXXVIII.

---

UPSALIÆ, LITTERIS DIRECTOR. JOH. EDMAN.

Mr Powell



DE  
CARYOPHYLLIS AROMATICIS.

---

§. I.

DESCRIPTIO.

**E**UGENIA *caryophyllata*: foliis integris, panicula trichotoma, decomposita.

ARBOR elegans, magnitudine Pruni Cerasi, *trunko recto*; *cortice glabro*; *ligno duro*, *cinereo*, *gravi*.

RAMI virgati, erecti, ramulosi.

FOLIA opposita, decussata, petiolata, elliptica, integra; *supra viridia*, nitida; *subtus pallidiora*; *parallelo-nervosa*, digitalia.

FLORUM panicula decomposita, trichotoma.

CALYX. *Perianthium 4-partitum*: *laciniæ ovatæ, obtusæ, inflexæ, persistentes*.

COROLLA tetrapetala, caduca: *Petala ovata, obtusa, concava, calyce paulo longiora*.

STAM. *Filamenta plurima*, *corollæ basi inserta*, filiformia, *corolla longiora cumque illa caduca*.

*Antheræ globosæ, minutæ*.

PIST. *Germen inferum, annulo nectareo cinctum*.

*Stylus unicus, simplex, persistens*.

*Stigmata quatuor, cruciformia*.

PERIC. *Drupa oblonga, initio clavata, dein ovata, calyce coronata*.

*Nux ovato-oblonga*.

A

§. II.

## §. II.

## SYNONYMA.

*Caryophyllum aromaticus.* Linn. Gener. Plantar. p. 270.

Spec. Plant. p. 235. Syst. Veget. XIV. p. 496.

*Caryophyllum aromaticus.* Houtuyn. Natuurl. Hist. Part. 2.

Vol. 3. p. 44. Tab. 12. fig. 1.

*Caryophyllum.* Rumph. Herbar. Amboin. Tom. 2. pag. 1.

Tab. 1, 2, 3. Sonnerat Voyage au Nouv. Guinée  
p. 196. Tab. 119.

Indianorum denominations variis in regionibus variae sunt:

Amboinenibus: Bugulawan & Bongulawan.

Ternatensisbus: Bohotawa & Boa Lawa.

Tidorensibus: Gomode.

Javanis: Chamka & Chamke.

Malaccensisbus: Tjancke & Tsiencke.

Chinensisbus: Thenghio.

A forma clavata, apud Europæos plerumque denominati fuerunt *Caryophylli*.

Belgis: Nagelen, kruydnagelen, Moernagelen & Garloffelen.

Portugallis: Cravi.

Hispanis: Clavo.

Anglis: Cloves:

Italis: Giroffeli.

Svecis: Neglikor, krydneglickor, moderneglikor.

## §. III.

## LOCUS.

Crescit sponte *Eugenia caryophyllata* tantum in Insulis moluccanis & præcipue in insula illa, dicta Mackian. Hinc in plures alias insulas calidioris Indiae translatæ & plantatæ fuerunt arbores juniores, & in nonnullis

lis adhuc, præprimis vero in Amboina summa cura & indefesso studio coluntur. Paulo ante Lusitanorum in Indias orientales adventum Incolæ Ceramæ, dictæ Huamohel, anthophyllos maturos, clam e Mackian subductos terræ commiserunt suæ atque plantas vivas obtinuerunt, licet hunc honorem dubium illis reddere facere tentent Combellenses, qui etjam vetustissimas hujus fructus arbores Belgis ostendere potuerunt, & quibus plures jam in Amboina vigentes arbores suas debent origines.

Ante Belgarum in Indiis adventum eorumque feliciter in his terris gesta bella, præter nuper dictas insulas, nullæ aliae Caryophyllos produxerunt; hodie vero in parva insula Amboina & tribus ipsi vicinis parvulis, Oma, Honimoa & Nussalauta solummodo cultura eorum instituitur, postquam in ceteris singulis hujus Archipelagi insulis, tam astute, quam prudenti consilio a Belgis omnes arbores caryophylliferæ devastatae fuerunt & sensim excrescentes achuc quotannis ferro & igne devastantur. Recentiori ævo etjam in Nova Guinea Caryophylli detecti fuerunt & a Gallis A:o 1770 fructus & plantæ, æque ac Myristicæ, ex insula quadam Moluccana Guebu, in insulas Isle de France, Bourbon & Seichelles transplantatæ fuerunt <sup>a)</sup>). Hinc postea Caryophylli propagati fuerunt in insula Cayenne, ubi hodie læte crescunt & florent.

#### §. IV. CULTURA.

Antiquissimis temporibus Sinenses, insulas Moluccanas frequentantes, primum commercium caryophyllorum egerunt, eorumque usum per Lusitanos cum reliqua Europa communicarunt. Postquam vero Anno 1652 ex

A 2

pa-

---

<sup>a)</sup> A.R. Paris, 1772, p. I. p. 56.

pacta cum Rege Ternatensi conventione, omnes arbores in McLuccis insulis destruetæ sunt, horum fructuum Monopolium habuerunt Hollandi soli, & summopere illo ditati, summa cura arbores caryophyllos ferturas colendas curarunt in insula Amboina, ut & securius illas defendere, custodire & fructus ipsos commodius colligere possent cultura præstantiores factos. Arbores enim accommodato solo collocatae non modo magis florent, nec tam in altum excrescentes ramis luxuriant, sed etiam fortius acquirunt aroma & collectionem fructus longe commodiorem reddunt. Inter juniores Eugenias caryophyllatas arbores aliæ plantandæ erunt, ut umbra sua tenellas adhuc a sирio ardente defendant: hæ vero sensim minuendæ & tandem omnino tollendæ, ut adultiores arbores lætius floreant fructusque magis aromaticas obtineant. E seminibus excrescentes arbores potissimum mediocres sunt plantandæ, licet non sine multo labore & periculo succedat hic labor, quo rami se magis in latum diffundant & copiosiores fructus producant. Celebris Valentyn narrat An. 1656 a Dn. Vlaming circa 120,000 arborum in Amboina, 60,000 in Uliaser, 30,000 in Leitimor & 30,000 in Hiru suisse plantata b). Anno nono, decimo vel duodecimo primos aperire solent flores arbores arte cultæ, quolibet anno fructum 400 vel 500 Libras ferentes, tertio vero quolibet vel quarto anno copiosiorem adhuc relinquentes fructum segetem. Durat deinde arbor ad 50, 100 usque 130 annum, tuncque messem fructum ad 1100 Libras adaugere valet.

Sponte sua arbor caryophyllitera a quadruplici specie avium plerumque propagatur, scilicet alba quadam, & viridi Columbae specie, Bucero & Casuario, quæ omnes in sui alimentum maturorum fructuum exteriorem mollem substantiam vertunt ac semina in sylvis disseminant. !

§. V.

b) Descript. Ind. or. Vol. 3. p. 196, 197.

## §. V.

## FLORESCENTIA.

Flores mense Junio provenire incipiunt & Augusto florent, post aliquot menses fructus maturantes. Initio flores virides sensim flavescent tandemque rubescunt; Deinde sub maturatione sensim intumescit Pericarpium, crassescit, finditur, nucleum maturat, & nomen Matris seu Anthophylli acquirit.

## §. VI.

## COLLECTIO.

Collectio caryophyllorum fiet, dum flores in paniculis rufescere incipiunt, proximaque folia plurima (an Bracteæ?) decidunt. Sub arboribus tunc terra scopis purgata, quidam arbores prudenter conscedentes paniculas proximiiores & remotiores bacculis hamatis adductas manibus diffringunt atque fructus decerpitos vel in corbis excipiunt vel in terram projiciunt. Sic decerpiti Caryophylli aromatici vel aqua fervida vel non immersi, tigillisque impositi sumo per aliquot dies imprægnantur, ut rufum induant colorem; deinde potissimum soli exposti exsiccantur, colorem exus atrorubentem, inius vero rufum servantes. Siccati a pedunculis & aliis partibus bene depurantur atque lanci imponuntur. Vera messis ab Octobri peragitur usque in Decembrim. Ex narratione Rumphii, colligebantur anno 1692 in Amboina 3,700 Baharan seu 2,035,000 Libras. Optimi Caryophylli sunt pingues, acres seu calidi, & qui presi humidum pingue digitis affrancant.

## §. VII.

## V I R E S.

Gravem spargunt Caryophylli odorem, & quidem sub tempore floresentiae adeo fortem, ut ferventibus

mensibus Octobris & Novembris cephalalgiam in sylvis ambulantibus excitent, & si quis in camera, ubi asservantur collecti, dormiat, capitis dolorem vehementem cum nausea contrahat. Capiti itaque valde gravis est odor, licet alias non sit ingratus. Sapor eorum acris & calidus est cum levi amaritiei mistura. Vires summe calefacientes, tonicæ, stomachicæ, sialagogæ & emmenagogæ uti ipsum singulare aroma omnibus quidem partibus arboris insident, imprimis vero petiolis & calycibus floribus, sic ut Anthophylli seu fructus maturi viribus minus calidis & debilioribus gaudeant & aromate longe sint inferiores. Caryophylli, natura sua calidissimi, avide humidum attrahunt, uti & de speciebus Piperis notum est; Aqua infusione odoras partes avidius tamen abripit, quam spiritus vini, non vero item sapidas, quæ potius spirituosis eruuntur c). Destillatione itaque cum aqua copiam olei essentialis præbent, licet diversa copia, majori plerumque recentes. Oleum destillatum, quod ex India orientali in Europam adfertur, plerumque mixtum inventur cum dimidia portione olei aliis cuiusdam peregrini, expressi & insipidi, usui tantum externo inserviens. Hocce oleum tenue & saepe sanguineum, longe ab eo itaque est diversum, quod ex lege artis in Europa destillatur. Destilatio namque in Indiis, absque ulla rectificatione, saltem antiquitus, & æneis alembicis instituta, oleum subministravit adustum & adeo acre, ut inflammationem excitaverit; oleis vero Calappæ, rosarum vel olivarum dilutum externe adhibitum fuit. Oleum hodie in Batavia saepe destillatur, non tantum a Caryophyllis optimis, sed etjam illis, quæ situm aliquem & corruptionem contraxerunt, tuncque acerrimum est sapore, cali-

---

c) Aroma semel deperditum facile ab aliis, cum quibus miscuntur, ad se trahunt, licet debiliores & pallidiores fiant.

calidissimum, coloris brunnei & nonnihil spissum. Anthophylli aptissimi habentur ad oleum exurendum, teste Rumphio, licet debiliores sint. Tinctura spirituosa fusca, rufescens, parum odora, saporis vero calidi etjam in officinis locum obtinuit.

Sacchari syrupo quoque condiuntur Caryophylli aromatici in Indiis, & ad varias insulas ibi, rarius vero in Europam circumferuntur.

### §. VIII.

#### U S U S

Caryophyllorum varius est, alius vero in Indiis, alius in Europa, alius etjam diætericus, alius Medicus. Generatim autem in Indiis parcior est, in Europa copiosior, tam medicus, quam ceconomicus.

Indi caryophyllos adhibent, & in parva modo quantitate, ad quædam unguenta, quæ componunt ad corpora sua fricanda, dum illa calefacere velint *a*). Item Tabaco suo miscent pro suffimigio *e*). Et oleum Caryophyllorum destillatum, aliis expressis oleis mitigatum in Beberi ad membra paralytica inungenda adhibent. Quin & ejusmodi olei gtt. 7, 8 in Colica flatulenta propinare audent *f*). Apud Europæos usus diætericus crebrior videtur, quam medicus. Adhibentur nimirum caryophylli ad condiendas carnes ferinas, quibus transfiguntur; etjam Caseo in gratum saporem & robur stomachi; item variis fructibus acetario destinatis, ut Prunis, Cerasis, Cumeribus aliisque acetè servandis, nec non confectionibus fructuum saccharatis, ut juglandum immaturarum, &

*tinet-*

*a*) Rumph. Herb. Amb. Tom. 2. p. 8.

*e*) Ibid.

*f*) Ibid.

tincturis variis spirituosis g), adduntur Coryophylli, & cibis ut condimenta, in morbis a muco, debilitate ventriculi, aliis.

Medice usitati caryophylli languenti stomacho & in nausea inserviunt; Masticati salivam proliciunt. Compositis variis adduntur ut Electuar. Diasatyrii, Spiritui Mastichino, Essentiæ absinthii compositæ, Emplastro de crusta panis. Electuario Gingivali, Balsamo Caryophyllorum, Apoplectico & vitæ Hoffmanni, reliquis.

Anthophyllum medicus usus a multis retro temporibus viguit apud Javanos, Malaijos & Chinenses, uti quoque hodie apud Japonenses & Europæos.

Oleum destillatum, in carie osium utile, in odontalgia denti dolenti gosypio inditum dolorem saepe sedat; externe in Paralysi cum aliis oleis mixtum, in colica flatulenta & diarrhoea abdomini inunctum proficiunt laudatur.

g) *Murroij Mat. Med.* Vol. 3. p. 338.



